Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



quas contra se ipsos pro ceciliano recitauerunt. hoc continent. quod
helianus proconsule. in causa felicis audientiam prebuerit conpa&rentes.
eundemq: felicem a crimine traditionis innocentem fuisse confiterit.
Sed ingentium ad comitatu suum pp̄terea iubere transmittit. utillis
quibierint. & diurnis diebus eum inter pellare non desinebant.
apparere & intimari posse. & frustra eos ceciliano in iudicium conpa
rare. & aduersus eum uiolenter insurgere uoluisse. Quis eos cre
dere. & contra se ista recitasse pro nobis. Nisi omnipotentis nutu factum ea.
Ut non solum uerba eorum gesta tenerentur. sed & iam manus subscri
bentium legerentur. Nam & ordine consulum. & dierum quid gestum
expressus est. si quis nunc diligenter adhibeat. Inueni. & primo
caecilianum episcopali iudicio fuisse purgatum. Deinde non multo
post felicis apuingensis causa abbeliano pconsule examinata est.
ubi eum constitit innocentem. in qua causa ad comitatu mittauit suis
ingentius. & longe a postea ipse imperator causam inter partes
cognouit atq: finiuit. in qua cognitione ceciliani innocentem. illos
autem calomniosissimos iudicauit. In quo ordine consulum & dierum
satis ostenditur fallaciter eos & calumniose dixisse. quod imperator
misso ad comitatu ingentio. iudicium suum mutauit. & caecilianum
quem prius purgauerat. postea condemnauit. Non solum autem
nihil de hac relegere potuerunt. & contra se ipsos tanta legerunt.
sed & iam pordine consulum euidentius conuincuntur. post causam
felicis pconsulari iudicio terminatam. in qua iussum est ut ad comi
tatum ingentius mittere. Nec paruo inter uallo. sed longe
postea. memorati imperatoris iudicio inter partes habito caecilianum
fuisse purgatum. Non ergo uobis dicam. quia primo corrumpimus
iudicem. Quid enim aliud solent uiti homines dicere. Aut si aliquid
dedimus iudici ut contra illos pro nobis pnuntiaret. ipsis quid dedimus
ut contra se pro nobis tanta non solum dicerent. uerum & iam recitarent.
An forte uolunt uteris apud uos gratias agamus. Quia cum dicant iudicem